



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 726. Usque Ad Annum 813

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1760

VD18 90117859

§.46. Capitulare Aquisgranense.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66091](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66091)

Sæcul. VIII.
A. C. 789.

§. XLVI.

Capitulare Aquisgranense.

Rex Carolus Solemnitatem Paschalem Aquisgrani anno septingentesimo octogesimo nono decimo nono Aprilis celebravit, postquam vigesimo tertio mensis Martii præcedentis ibidem Conventum egisset, & promulgasset Capitulare complectens octoginta Articulos, qui ad restaurandam potissimum Disciplinam tendunt. Ad omnes autem Viros Ecclesiasticos, & Sæculares in Dignitate constitutos dirigitur, & Principis Mandatariis præcipitur, ut illud in Provincias deferant. Quinquaginta octo priores Articuli ex antiquis Canonibus excerpta continent, ita ut eorum Summarium dici possint. Atque ut exemplum capiamus, in primo Article dicitur: *Contingit, ut quidam ob graviores culpas ab Episcopis suis excommunicati ab aliis viris Ecclesiasticis vel Laicis ad Communionem recipiantur, quod omnino in Conciliis Niceno, Calcedonensi, Antiocheno & Sardicensi prohibetur.* Deinde horum Conciliorum Canones fusissime referuntur. Est igitur hoc Capitulare velut aliquod compendium Codicis Canonum, ab Hadriano Papa Carolo Regi anno 774. dati, cui inserta sunt, quæ ad mores illius ætatis corrigendos maxime facie-

*Ann. Loisel.
Lauresh. etc.
tom. I. Cap.
p. 209. Conc.
p. 966. præf.*

Sup. §. 5.

faciebant. Articuli posteriores viginti duo hujus Capitularis Canonum Aucto-
ritate non confirmantur, sed sunt exhortationes salutares ad Religionem, pacem & bonos mores conservandos. In iis notatu digniora visa sunt mihi sequentia.

Sæcul. VIII.
A. C. 789.

Qui super Reliquias Sanctorum jurant, monentur, ut id jejuni faciant. *c. 62.*

Infantes ante ætatem rationis capacem non jurent. Qui semel pejerasse deprehensi sunt, nunquam amplius testes esse possint, aut ad juramentum præstandum admittantur. Omne superstitionum genus prohibetur. Incantatores, qui tempestates excitare & procellas adducere se posse jactitant, aut qui phylacteria præparant, puniantur. *c. 63.*

Omnia Scripta apocrypha opprimantur, atque inter ea quædam epistola, quæ de Cælo descendisse ferebatur, & anno superiore in varias manus devenerat. Hujusmodi epistolam Adalberti Sycophantæ alio loco memoravimus. Homines errantes, *Mangones* seu *Cottiones* dicti, qui nudi & catenis onusti pœnitentiæ rigidioris specie varias provincias peragrabant, non tolerantur. *c. 76.*

Sup. lib. XLII. §. 50.

Præstat enim, subjungitur in Capitulari, si in grave crimen lapsi fuerint, ut in uno loco permaneant, laborent, serviant, & pœnitentiam sibi injunctam secundum Canones impleant. Enumerantur opera manuum, quæ Die Dominico perficere

re

chalem
tesimo
Aprilis
tertio
a Con-
Capitu-
iculos,
Disci-
em Vi-
Digni-
incipis
n Pro-
a octo
onibus
Sum-
exem-
o dici-
iores
cati ab
Com-
ino in
tio be-
de ho-
ne re-
re ve-
Cano-
gi an-
æ ad
axime
facie-

Sæcul. VIII.
A. C. 789.

p. 79.

re non licet, & vehiculorum usus tribus ex causis permittitur; si aliqua ad exercitum deferri necesse sit, si advehenda annona, aut si sepeliendi sint mortui.

c. 70.

Capitulare
Aquisgrane.

Episcopi monentur, ne multos nimium pueros ex mancipiis natos inter Clericos suos suscipiant, sed etiam liberos. Parvulorum utilitati scholas erigant, in quibus litteras legere doceantur, & rursus alias in omnibus Ecclesiis Cathedralibus & Monasteriis, ubi Psalms, Notas, Cantum, Arithmeticam, & Grammaticam addiscant. Non dispiciatur, an hic de Notis Musicis, vel scriptio- nis abbreviatæ sermo sit. Nemo legat libros non emendatos. Evangelium, Psalterium & Missale non nisi a viris maturæ ætatis describantur. Episcopi in-

c. 80.

c. 71.

vigilent, ne Presbyteri a se in Diocesim suam ad populum instruendum & regendum missi apocrypha pro veris vendi- tent; ipsi vero Episcopi non aliena ope- ra populum Articulos ad Salutem neces- sarios, morumque regulas edoceant. Mo- nachi in Novitiatu ad examen vocentur, priusquam recipiantur. Nunquam in

c. 74.

Curia judiciali sicut nec Clerici adsint, atque hi Episcopo, illi Abbati subditi sint. Abbatissæ in Ecclesia Benedic- tionem viris manuum impositione & signo Crucis, nec puellis velamen cum Bene- dictione Sacerdotali dare præsumant.

Mon-

Monachi Cantum Romanum servent ^{Sæcul. VIII.}
 secundum Institutionem Regis Pipi- ^{A.C. 789.}
 ni, quando cantum Gallicanum sustulit,
 ut cum Sacra Sede concordia retine-
 retur.

c. 78.

Alia quoque duo Capitularia ejus-
 dem anni 789. occurrunt, unum com-
 plectens sexdecim articulos, qui ferme
 omnes ad Monachos spectant, alterum
 articulos viginti & unum, quorum me-
 moratu digniores sunt sequentes. Par-
 va puellarum Monasteria, in quibus Regu-
 la non observatur, majoribus jungantur.
 Claustra sint bene firmata, nec eis epi-
 stolas ad procos suos rescribere liceat.
 Baptismus secundum morem Romanum
 conferatur. In diebus Festis vel Domi-
 nicis omnes ad Ecclesiam veniant, & in
 domibus privatis Missa non celebretur.
 Campanæ non baptizentur, nec chartæ
 e perticis pendeant ad avertendum gran-
 dinem. Episcopi, Abbates, Abbatissæ
 non habeant canes, accipitres, mimos,
 nugatores.

p. 241.

p. 243.

c. 3.

c. 7.

c. 18.

c. 15.

§. XLVII.

Libri Carolini.

Cum Hadrianus Papa Carolo Regi Acta
 Synodi Nicenæ misisset examinanda
 & approbanda ab Occidentis Episcopis,
 quibus, utpote ne quidem vocatis, in eo
 Concilio nulla pars fuerat, Episcopi Fran-
 ciæ